



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Consolatione Ivsto-|||rvm

Hillesheim, Ludwig

Coloniae, 1572

VD16 H 3678

Animum natura ad quietem & fœlicitate[m] spectare, verùm ea[m] in vita
plenè percipi non posse. Cap. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60369)

DE CONSOLATIONE
iustorum liber tertius

Animum naturā ad quietem &
fœlicitatem spectare , verū
eam in vita plenè percipi non
posse. CAP. I.

Intra omnia quibus humanus ani-
mus distinetur, videmus eum sin-
gulari quadam vi, cupiditateque
natura tendere ad fœlicitatem, &
hunc laborum suorum finem spe-
dere, ut benè ei sit, & habeat ubi interqui-
escere possit. Ex quo graue atque ingens
humana miseria est argumentum: nam si
præsentia animum explerent, non esset,
quo spem suam longius extenderet, & ea
desideraret, quibus ei melius fore putaret.
Quamobrem in hac indigentia rerum, cō-
ditionisquē corruptione, spes hominum
ac vota, ad fœlicitatis alicuius maioris
adsequendum finē feruntur. Posteaquam

F 3 enim

enim peregrinamur à Deo, non inueniunt
 mentes nostræ certum & quietum inter-
 ris consistendi locum, semper ut astatem
 procellæ ac tonitrua, sic omnem vitam iē-
 pestas malorum perturbat. Inter eas diffi-
 cultates & angustias rerum, discessus è vi-
 ta ac mors, quæ animam à corpore disun-
 gat, imminet, prorsus ineuitabili, vecyllis
 remedij superabili malo. Verū, ut demō-
 stratū initio est, hanc corporibus naturā,
 non dei voluntas, sed hominis scelus dedit.
 Eius præuaricatione inuecta mors est, quæ
 quantum aspectu percipi potest, totum ho-
 minem extinguit ac delet. Hoc quidem
Ad Ephe. 5. improbis, quos diffidentia & incredulita-
Ad Colo. 3. tis filios Apostolus vocat, ingēs est malū:
 priuantur enim cōmodis vita, eaq; qua
 chara habuerunt, amittunt: verū illud
Apoc. 2. 21. peius, quod alter eis interitus, isq; sempi-
 ternus animorum est subeundus, stipendi-
3. Pet. 2. um peccati, præmium scelerum, innifitia
 merces. Non mirum ergo, si cū ad
 grauiores depositur pœnas, exhorrent
 hāc

hanc, quæ corpora interficit mortem, ma-
li: nam iusta nimium eis causa est terro-
ris, grauiſſimorum, quibus se contaminā-
runt & inquinārunt flagitiorum recor-
datio, ac meritorum pro ijs supplicio-
rum metus. Ad cuius enim confugient Esai. 10:
auxilium, in die, ut propheta inquit, visi- Oſe. 5.
tationis, & calamitatis à longinquō veni Proverb. 1.
entis? Quomodo ad Dei tribunal, ad quod Ad Ro. 14:
omnes adducemur, consistent? Quo- 2. Corin. 5:
modo Dei aspectum, à cuius se voluntate Oſe. 7.
tota vita auerterunt, conselerata con-
scientia ferent? O infælicem statum, &
quo nihil est omnium terribilius, ut mul-
tò satius esset, nunquam natos fuisse,
quām ad hoc extremi mali exitium de-
uenisse.

Bonorū cōstantiam recordati-
one mortis nō euerti, sed me-
moria æternitatis ac bonorum
cœlestium, confirmatiorem
fieri. CAP. II.

F 4 Sed